

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Tarnow

**Quaestionum Et Quae Foedera Cum Diversae Religionis Hominibus, & praecipue  
a Lutheranis cum Calvinianis salva iniri possit conscientia**

Editio Secunda, Rostochii: Rostochii: Wilde: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687>

Druck Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn729956687/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687/phys_0001)



F.g - 1628.







Hed

QVÆSTIONUM  
ET QUÆ  
**FOEDERA**  
CUM DIVERSÆ  
RELIGIONIS HOMINIBUS,

& præcipue  
à

Lutheranis cum Calvinianis

salvâ iniiri possit conscientiâ:

breviter & dilucidè

Ex Scriptura Sacra, rationibusq;

inde deducitis decisa,

Argumenta verò contraria modestè refutata

à

**JOHANNE TARNOVIO,**

S. S. Theologiæ in Academia Rostochiensi

Professore.

*Elaia 8. vers. 12.*

Omnia, quæ loquitur populus iste,

CONFOEDERATIO EST.

**EDITIO SECUNDA.**

---

ROSTOCHII.

Prostat apud Joachimum Wilben/ bibliopolam Rostoch.

Typis Hæredum Nicolai Kili, Acad. Typ. Anno 1656.

Aug - 1628.



**NOBILITATE GENERIS, SPLENDORE  
Virtutis, Prudentiae, Politicae laude praecellentii  
VIRO,  
DN. HENRICO Lebitzow /**

Domino hæreditario in Lunaw/Capitaneo in  
Eldena & Neustadt /

**Domino Patrono & Mœcenati meo  
omni obſervantie cultu plurimum  
honorando.**

**N**obilissimè Dn. Patrone, Quâ occasione hac,  
qua offero, de Fœderibus conscripserim, quovè  
consilio eadem Tua Nobilitati inscripserim, ut ex-  
ponam prius quam exhibeam, necessarium arbitror. Occa-  
ſionem mihi dederunt auditores mei, qui, quòd diversas  
ſententias de hac controverſia circa fœderæ non ita pridem  
innoſtris vicinisq; Ecclesiis acriter agitatæ, eſſe non ignora-  
rent, me cum in Obadiā explicanda aliqua huic pertinentia  
attigissim, rogarunt, ut ipſum hoc argumentum  
ex proposito ſumerem explicandum : quorum deſiderio  
dum ſatisfacere pro virium mearum tenui-  
tate ſum annixus, ad duo ſpectavi potiſſimum : eo-  
rum

P R A E F A T I O .

rum prius est, ut, quia nemo facile aliorum fœderibus incundis arcana scrutari potest consilia, rationem monstrarem illam, quā in se quisq; descendens & fœdera sua ad normam verbi divini rectè examinare & licitane ea an illicita snt, dijudicare ipse posset facilimè : posterius, ut, quia hic de nobis, qui Lutherani dicimur, & iis, qui Calviniani appellantur, disceptatur præcipue, ex Calvinianis ipsis Majorem, quatenus Scripturam sequuntur præviam, ex nostris Theologis Minorem deducerem in hoc syllogismo meo principali : Nulla fœdera Ecclesiastica aut mixta sunt cum ius, qui diversam contulit religionem, ineunda. Calviniani habent diversam à nostrâ religionem. Pramonere idipsum hoc loco visum est, ne quis in meâ ignominia (quam excitatione crebrâ Calvinianorum calumniator inurere poterat notam) sibi laudem eat quaslibet, cum non nesciat illud, quod nulla sit probatio propriâ adversarii confessione firmior, quam ego hic propono candidè. Si quis tamen hoc meum reprehenderit factum, illi diculum velim, quod de Severo Imperatore historia testatur; qui impetrans τὴν περιτίχιαν, ἀμελῶς τὴν μὲν αὐτῆς λογοτερίαν, neque mihi, qui semper placere me studui bonis, unquam sedit, multum laborare, ut me probem malis & nimis ingeniosis quibusdam Zolilis ac sciolis. Causa ho-

A 2

rum

P R A E F A T I O.

cum meditandorum & scribendorum quæ fuerit habes:  
cur scripta & bibliopola potissimum rogatu edita, ad te,  
Nobilissime & Amplissime Vir, mittere visum fuerit,  
paucus accipe. Ad hanc rem animavit me insignis ina-  
humanitas. & verè nobilis, literatis quam plurimis ha-  
ctenus abundè declarata, benevolentia, & mihi etiam  
olim in hâc nostrâ Academiâ perspecta, & postea à mul-  
tis deprædicata: Unde ego nunc quoq; in eam spem ere-  
ctus sum, nec ejus mihi clausum iri forces, qua ante apatu-  
erunt pluribus. Illas nunc pulso, dum hoc quale quale  
mei in N. T. affectus interemerati monumentum extare  
cupio, idq; ut fronte serenâ N. T. suscipias eam oро atq;  
objecro: cui me meaq; commendatissima esse cupio, eamq;  
plurimum salvere & felicissimè valere jubeo. Rostocia.  
d. XI. Cal. VIIbris cl. Ic CXVII.

T. N. observantissimus

JOHANNES TARNOVIUS.

Qvo

 Veniam Propheta noster Obadia  
veis. & confederatorum, quibus confide-  
bant Edomæi, notat perfidiam; atq; aliæ  
cum apud Prophetas olim, tūm apud nos ho-  
diē crebra fia foederum mentio. & quæstio  
satis sit intricata ac difficultis, de quibus, cum  
quibus, quibusq; conditionibus ea sint facienda, visum est hâc  
præsenti occasione de illis Theologicè agere, & de pacifi-  
cationibus pacifitè. sine contentione ac eujusquam injuria,  
vel etiam præjudicio, modò ne quis contra diserta veniat  
scripturæ testimonia, cujus, Deo duce, sequemur prælucen-  
tem faculam.

occasio  
hujus tra-  
ctatus.

Atq; ut à Nomine ducamus exordium, dicitur foedus  
apud Hebræos בְּרִית quæ vox in genere notat quamlibet  
dispositionem voluntatis, consilii aut permissionis Gen. 6.  
18.c.9.9, Levit. 24.8. Num. 19.c.25. 12. Job. 31. 1. Quomodo &  
Latino vocabulo usum videmus principem poëtarum  
Virgilium 1. Geor. v. 60. 1. Aen. v. 66. & Lucret. l. 5. & l. 2. Un-  
de facilè conciliabis hæc duo loca Exod. 24. 8. Hebr. 9. 20.  
Ubi (quemadmodum aliæ crebrò in Vet. Testamenti ver-  
sione Græca) vertitur ἀλεξίνη, nempe quia κατ' ἔξοχων vel de  
voluntate vel dispositione bonorum, quæ Testamentum  
vulgò dicitur; vel de eo pacto præcipue usurpatur in Bibliis,  
quod contrahitur publicè de servandâ pace, tam de non of-  
fendendo, quām defendendo, ut ita apud Græcos inter-  
pretes sacros ἀλεξίνη idem sæpè sit, quod σωδίκη, quomo-  
do

Nominis  
iuven-  
tutia,  
accipitur  
pro 21.6.  
9.11.

& σω-  
δίκη.

## TRACIATUS.

do Aquilam & Symmachum vertisse Heb. vocem author est Drusius centuria 2. miscellaneorum c. 35. ex commentario Hieronymi in c. 2 Malach. c. 11. Jer. c. 3. epistolæ ad Galat.

*Eπιμολεύσις appartenens.*

*vera.*

*Fœdus unde dicitur*

*Ritus ejus.*

In hac posteriori significatione & maximè usitatâ quidam vocem בְּרִית derived à Radicē בָּרַת purificavit, elegit, propterea quod ii, quibuscum iniri debent fœdera, longè priùs sint diligendi: quam diligendi. Et quidem ii tangentum, qui puris ad Deum elevatis manibus liquido jurare, queant. Quidam verò rectius à בְּרִית quod inter alia etiam commedere seu cibum capere, & per metalepsin mactare notat, eò quod in fœdere sanciendo cœderentur & quandoq; etiam ederentur victimæ: Ac in specie quidem apud gentem Rom. porca, quomodo quidam à feriendo: nonnulli, à fœdo, puta animali, cæsā videlicet porcā, fœdus dictum esse volunt, citantes illud Virg. 8 En. v. 641. & cæsā jungabant fœdera porcā, quem ritum elegantissime descriptum reliquit Livius l. 1. quem vide Cicer. l. 2. de Inv. Et Sextus Pompejus Festus: Fœdus, inquit appellatum ab eo, vel quod in eo interponatur fides: vel ab eo, quod in eo pacificando hostia necaretur. Cujus rei vestigia extant etiam in sacris Gen. 15. 9. 10. Jer. 34. 18. 19. Unde hæc licet colligere, quod homines fœdera sancientes soliti sint carnes mactatorum animalium dissecare, atq; inter segmenta illa transire, eoque transitu significare, se ita merito laceratum aut dissectum iri, si fidem datam frangant. Et quia in talibus fœderibus mutuae sunt promissiones, & tales, quæ meritò debeant esse firmæ ac ratæ, pacta q; non ullo dissolvenda, die satis convenienter quandoq; (præsertim si sunt arcana.) Ligas Barbaræ, & nostro vernaculo sermone Verbundnis vocamus, qua de re diximus in Amos 7. 10.

Ez

DE FOEDERIBUS.

78

Synonyma

Ex his jam constare arbitror, quod in præsenti quæstione fermè synonyma sint hæc vocabula, foedus; Liga, Unio, copulatio, adjunctio, communitas, aggregatio, 10. cietas, amicitia, & quandoq; fraternitas, & in Græcâ Ling. Φίλια, σύμμαχία, ἀδελφότης: Ac porrò confoederati, amici, fratres, socii: Græcè συνήλυτοι, Φίλοι, ἀδελφοὶ σύμμαχοι, licet alias ex naturâ suâ, & nonnunquam etiam in hâc materiâ distinguantur 1. Maccab. 8. 1. 12. 17. c. 10. 15. c. 11. 30. c. 12. v. 6. 7. c. 14. 20. ubi obiter illud notandum venit, quod qui foedus cum aliquo feriunt, confidant jam ei quasi amico, ac proinde quod ad hunc spectat, secuti sunt ac sine metu, quomodo Epicurei se foedus cum morte percussisse jactant Esa 28.15.

Confæderati securi.

Definitio.

- 1.
- 2.

Est vero Fœdus propriè sic dictum: obligatio inter quosdam mutua, que & verbis & signis testantur se ad aliquam præstantiam astringi. Quidam ita definiunt: Fœdus est pactio Rerum publicarum, suis magistratibus & jurisdictionibus, distinctarum solemniter facta certisq; conditionibus confirmata. Chyt. in cap. 5. Deut. Fœdus est promissio mutuae fidei, benevolentiae ac societatis arctissimæ, quâ alter alteri ad mutua auxilia defensionem & alia officia certis conditionibus præstanta obligatur. Et quoniam ipsa natura dicitur, licere hoc in multis, intelligimus sane non omne fœdus in se esse illicitum, siquidem sine fœderibus pax & commercia mutua haud possunt consistere. Sancti ea & inter se, & cum profanis recte sanxisse leguntur, & DEUM fœdifragos graviter punivisse testantur historiæ, quos acriter perstringit Apostolus Rom. 1. 31. 2 Tim. 3. 3. Quia vero sæpius fœdera cum profanis inita reprehenduntur in literis sacris, Quæstio oritur: Quænam fœdera sint licita. Quænam nam

Quædam  
fœdera  
sunt licita.

nam illicita? Quæ ut tanto rectius ex iisdem possit decidi, distinctiones nonnullæ erunt præmittendæ.

I. Petitur ab iis, qui contrahunt, seu à Personis. Hæ enim vel non sunt in Ecclesiâ, ut gentes ac profani homines, veri Dei planè ignari, iisque aut simpliciter infideles ~~negant~~ sic dicti, aut etiam in veram religionem blasphemati: velsunt in Ecclesiâ, iisque vel orthodoxi, vel heterodoxi, ut sectarii, hæretici, ac quodammodo Schismatichi, quitamen non sunt de Ecclesiâ, sive non sunt vera ac vivæ eius, propriè sic dicta, membra.

II. Desumitur ab objectis securibus, de quibus initur contractus. Illarum respectu foedera sunt in triplici differentiâ. Velenim concernunt religionem solam, & dicuntur Ecclesiastica: Vel pacem publicam externam respiciunt, quod referimus omnia pœcta, quæ ad necessitatem usumq; incolarum & peregrinantium in mercibus importandis exportandisq; spectant, quæq; sunt de vitandis injuriis, & suis unicuiq; terra, mariq; servandis finibus, de securitate possessionem, contractuum, navigationum, itinerum, &c. Et deniq; huc pertinent omnes illi contractus publici, qui sunt de rebus merè politicis, eo fine instituti, ut pax civilis & civium bona externa seu fortunæ sarta tectaq; conserventur, & propterea vocantur foedera merè Politica. Ab aliis vocantur foedera pacificationis, pœctiones de non offendendo seu non lœdendo, ut jure gentium populo uni apud alterum externum uti liceat, in regione peregrinari, divertiri, commorari, mercimonia exercere, in flumine navigare &c. sine periculo & salvo conductu. Vel tandem, partim religionem, partim res Politicas simul respiciunt, earumq; assertionem libertatem concernant. Unde à quibusdam appellantur Mixta.

Ex

Distinctio  
fœderum.1. à perso-  
næ.2. ab objec-  
tis.Ecclesiastica,  
Politica.

Mixta.

## DE FOEDERIBUS.

Ex Petro Martyre in c. 15. l. 1. Reg. Zepperus in tractatu de Legibus Forens. Mosaicis l. 4. c. 6. ita distinguit foedera. Quod quædam habeant communes expeditiones & auxilia mutua cum idololatris & impiis, quæ sunt illicita, siquidem ibi semper aliquid mali afficitur populo Dei, & qui fidem Deo non servant, quomodo servabunt nobis? Quædam verò sint de finibus, commerciis &c. ut vicini pacificè inter se agant, ubi pax servanda est cum omnibus, quantum in nobis Rom. 12. 18. Quibus consentit Paræus Comm. in Gen. c. 14. Illicita, inquit, sunt foedera, quæ sunt de societate religionis, licita, quæ de rebus civilibus cum infidelibus sunt contracta. Sed quod idem ibidem putat, necessitatem posse accidere piis tantam, ut etiam illa priora possunt contrahi cum infidelibus, nescio, an sibi satis constet. Siquidem per se illicitum aut malum, quod est, nullo pacto aut respectu licitum aut bonum esse, vel fieri potest. Num autem infidelium auxilia in summo necessitatis casu sint ex mediis legitimis & à Deo concessis, infrà, cum Deo, ex ejus verbo dispiciemus.

Rursum hæc omnia iniri solent duplēm potissimum ob finem, ut videlicet vel nos conjunctis confederatorum nostrorum viribus bellum nostris inferamus hostibus, quod dicitur bellum offensivum. Vel quando ab hostibus contra nos bellum movetur, ut advocatis συμμάχοις illam vim injuriam à nobis depellamus, quod bellum defensivum nominari consuevit.

Diversum ab his est fœdus quoddam Deditio[n]is vel subactionis, quod initur, quando inferiores in bello superioribus & victoribus se suaq[ue] certis conditionibus dedunt, ut in vivis saltem conserventur. Et hæc omnia Christianos etiam concernunt, saltem ab alterâ parte.

B

Nam

9  
Alia di-  
stinctio.

3. Ratione  
finis.

Offensiva.  
Defensiva.

Deditio[n]is

Fœderat.  
Plane im-  
piorum.

Nam quid ad nos, qualia inter se feriant fœdera, qui sunt planè extra Ecclesiam? I. Cor. 5. 12. Quin enim hæc, qualiacunq; tandem sint, impia sint & per accidens peccata, dubium esse haud potest Rom. 14. 23. siquidem causa proxima efficiens seu contrahentes sunt homines impii. Objectum circa quod versantur, & de quo fiunt, sunt non raro res illicitæ, ut latrocinia & oppressiones aliorum. Forma, quæ dat esse rei, seu modus contrahendi, est planè idololatricus, quippè qui constat invocatione falsorum Deorum: & deniq; Finis est malus plerumq; ut opprimant alios im-merentes. & præcipue Christianos.

Excep-  
tio  
ne  
de  
bonitatu  
re vel mali-  
tiae in acti-  
onibus.

Sic namq; de fœderibus facile quis judicare poterit; Bonane sint, an mala; si illa quatuor satis rectè perpenderit, unde omnis actionis voluntariae bonitas vel malitia, videlicet (1.) ex suo principio (2.) Objecto (3.) Fine (4.) ac circumstantiis esti-  
mari potest.

Quod ut melius intelligatur, & nobis deinceps in quæ-  
stionibus specialibus tanto expeditior sit responsio, paulò  
accuratiùs hic cum ex aliis, tūm potissimum Francisco Junio  
idipsum explicandum putamus.

Principium est unde oritur actio: Objectum, circa  
quod versatur: Finis ad quem refertur & tendit: Circum-  
stantiæ, quæ adhærent velut inseparabilia adjuncta actioni  
jam expeditæ, & hic modum præcipue constituunt.

Principium est triplex analogicè acceptum: Universale  
rerum omnium Deus, qui, ut ait Bernhardus, sedet ut æqui-  
tas, dominatur ut majestas, regit ut principium, tuetur ut  
ut salus, ex quo, per quem & in quem omnia Rom. 11. 36. Hu-  
jus sapientia infinita pertingit à fine uno ad alterum fortiter,  
& disponit omnia utiliter Sap. 8. 1. Verum hoc princi-  
pium

Princi-  
pium triplex  
Deus.

DE FOEDERIBUS.

pium ita administrat omnia, sicut scribit August. l. 7. de Civit. Dei c. 30. quæ creavit, ut etiam ipsa proprios exercere, & agere motus finat, & proinde porrò Commune principium est NATURA, Dei velut instrumentum à condito mundo. Particulare deniq; principium actionis humanæ quæ humanae, est VOLUNTAS INTELLECTIVA.

Jam autem quando in actione hæc TRIA simul concurrunt, agente unoquoq; quod suum, Quid boni, Quid mali in actione sit diligenter distinguendum est. Et unde hoc, unde illud, etiam atq; etiam videndum. Nam quia à Deo est actio secundum genus, quatenus is largitur vires & motum Act. 17. 28. est bona : quia à Naturâ, quæ naturâ, verbi gratiâ actio planè naturalis &c. etiam bona, quia in his ea per lapsum non est corrupta. Quando autem à naturâ est actio, quatenus per peccatum corrupta v. g. in voluntariis & præcipue in spiritualibus, est mala ac vitiosa, quia ex virtute profuit principio. Quemadmodum etiam de voluntate humanâ statuendum est, quod quatenus ea habet alias libertatis. in prima creatione inditæ, in naturalibus superstites reliquias, etenim in philosophiâ rebusq; politici aliiquid boni potest præstare. Quatenus vero in spiritualibus à Deo est aversa, per se nihil boni agit, sed tantum ut putris arbor malos edit fructus. & per se non nisi peccat, donec per Christum liberetur, & per Spiritum S. regatur. Jam vero quemadmodum in catena non aliis quam proximus annulus in vitio ac culpa est, quod catena frangitur: Ita in malis actionibus malitia non ex universali, sed proximo principio oritur, illiq; adscribenda est in solidum. Et tantum de principio, de cuius naturâ, qui plura cognoscere volet, consulat Metaphysicos Christianos in tract. de causâ

natura,

voluntas  
intellecti-  
va.

Bonitas est  
à Deo.

& natura,  
quæ tali-  
malitia,  
quæ cor-  
rupta.  
Distin-  
guuntur  
objectiones.

Malitia  
exproxi-  
mo prin-  
cipio.

## TRÁCTATUS.

primā & secundā, deq; illius concursu. Nunc paucis etiam  
de Objecto & Fine pro instituti nostri ratione.

*Objectum* hic vel est commune cōminibus, vel unicuiq; pro  
ratione vocationis suæ proprium. Et circa hoc qui debito  
modo versatur, justum & ordinatum hoc est: contra, si ad  
aliud evagatur, injustum & inordinatum eis fit i. Petr. 4.15,

*Finis*, cuius gratiā actio suscipitur; Isq; est vel primari-  
us vel secundarius: Communis vel proprius, quā de re alibi  
prolixius. Nobis notasse sufficit, quod cum actiones no-  
strae ad suum objectum finemquē suum ordinatē feruntur,  
censem̄t̄ bonæ: Quando ad objectam finemq; alienum,  
inordinatē feruntur, damnantur ut malæ. Objecto & Fini  
actionum adhærent *circumstantia*, in quibus modus actionis,  
facile principatum tenet. Illarum superventu ipsa action-  
um species aut nova & singularis quandoq; constituitur  
quando videlicet circumstantia propriè & per se pertinet,  
ad specialem quandam rationem ordinis illius, ex quo acti-  
ones nostræ dicuntur bonæ vel malæ; aut saltē magis mi-  
nusq; recipit.

Concludimus ergò, quod omnes actiones, si à principio  
bono ad objectum finemq; suum per media convenientia  
feruntur modo ordinato, justæ meritò censem̄nt̄ ac bonæ;  
Sin verò ab eo ordine discedant, vitiosæ habeantur  
ac malæ, si vel unicus boni ad sit defectus, cum tamen ad bo-  
nam actionem requirantur omnes boni illius ordinis con-  
ditiones.

Verūm, ut rem exemplo uno atq; altero explicemus,  
operæ videtur esse pretium. Atq; haud scio, an ullum possit  
dari ex scripturā hujus rei evidentius ἀργότερα, quam ten-  
tationis, quæ à Deo & à Diabolo oritur; ut à diversis prin-  
cipiis

*Objectum**Finis**Circum-  
stantia**actiones  
bonæ**male.**Exemplū*

DE FOEDERIBUS.

13

Tentatio.

est à Deo

Diabolo.

respectu  
eius, bona

hujus ma-  
la.

2. Crucifi-  
xio Chri-  
sti.

cipiis fineq; diverso, sic etiam diversimodè. Deum enim tentare fatentur omnes sancti, quando quotidie, ne ab eo in tentationem inducantur, petunt, & tentatorum à Deo exemplis abundat scriptura. Abrahæ Gen. 22. 1. Israelite rum Exod. 15. 25. & 16. 4. Deut. 13. 3. Jud. 3. &c Diabolum, verò esse tentatorem hominum, vel nomen ei hinc κατεξόχως tributum Matth. 4. 3. 1. Thess. 3. 5. indicat. Jam autem illa actio, quatenus est à Deo ter Opt. max. est optima, quia hic tantum potest velle bonum, & nihil agit nisi bonum. Principium igitur hactenus est bonum. Objectum etiam tentat, quod suum, nempe cor creature suæ, quod est in manu & potestate ejus Jer. 18. 6. Fine etiam tentat bono, nempe ut nos nostras vires cognoscere faciat, fidemq; nostram probet. Deniq; nullis loci, temporis aut modi circumstantiis subjectus est. Contrà vero in diabolo tentante se res habet. Nam principium in eo est malum, siquidem à concreata descivit bonitate Joh. 8. 44. sive tentet per se & immediate, ut Evam Genes. 3. 1. Christum Matth. 4. 2. sive per alium & mediare, ut Adamum per Evam Genes. 3. 6. Achabum per Prophetas 1. Reg. 22. 22. Deinde objectum tentat alienum, tam Ecclesiæ caput, quam corpus totum, aut singula hujus membra. Fine tentat quoq; (ut italo-quar) malo, ut à bono seu promissione & omni verbo DEI abducatur, & ad malum deducatur. Unde liquidò constat, quod Deus justè bene, Diabolus injustè & male tentet: sicut nonnulli Theologi cùm alibi, tūm in sextâ orationis Dominicæ petitione latius explicarunt.

Aliud exemplum in crucifixione Filii Dei extat, quæ & à Deo Patre, & ex instinctu diaboli à Pharisæis ac reliquis Iudeis odio Christum prosequentibus procurata est: quæ licet

B 3

## TRACTATUS

licet sit una actio, tamen ut à diversis profecta est auctoribus, ita etiam principio, objecto, fine & circumstantiis differt. Nam Deus ex amore generis humani Joh. 3. 16. filium se offerentem Ps. 40. 9. 1. Tim 8. 6. ob salutem generis humani Rom. 4. 25. Joh. 11. 50. tradidit in mortem, Rom. 8. 32. tempore à se constituto Gal. 4. 4. Diabolus vero & iPharisæi eandem crucifixionem Christi volgerunt & expediverunt ex odio in Christum Gen. 3. 15. Matth. 27. 18. hominem innocentem Matth. 27. 19. & omnibus benefacientem Act. 10. 38. occidendum curarunt Act. 3. 15. eo fine, ut planè periret. Et quidem hoc sceleratum suum factum urserunt in die parasceves, in ipsâ urbe sanctâ Hierosolymâ.

Sic, (ut à thesi tandem deveniam ad hypothesin.) etiam in aliis pluribus factis, ex his quatuor optimè potest fieri judicium, præsertim si S. Literarum ductum, in quibus Deus recti omnis normam nobis præscripsit & æquum sequamur. Quando ergo jam queritur de aliquo Foedere (quod certe etiam ad voluntarias spectat actiones, siquidem ex libero hominum proficiscitur arbitrio, neq; semper eodem modo) primò omnium ad hæc erit respiciendum, ita ut ad scripture lydium lapidem examinentur & probentur singula. Cum enim ex diffidentia advocatur brachium seculare, cum de iis etiam aliquid conceditur, in quibus nobis nihil est juris, cum ita Dei gloria obscuratur, cum eo tempore, quando omnes facile animadverunt non alia de causâ, quam nostri commodi temporarii quo jure, quamq; injuria, promovendigratia id sanciri, quis adeò est ab omni pietate aversus, ut non intelligat, foedus hoc esse illicitum illa enim temporis circumstantia præbet scandalum, maliq; præse fert speciem, imò probat; siquidem testa-

est à Deo.

& Diabo-  
lo ac Pha-  
risæis.

Fœdus.

illicitum.

DE FOEDERIBUS.

testatur, quod in malis à Deo deficiamus ad illorum auxilium, ad quos rebus salvâ pietate confugere non poteramus, nec nisi hæc urgeret angustia, volebamus. Licet quidem commodi sui gratia foedus inire, sed ita, ne immi-  
nuatur Dei gloria, quod sit, quando, cùm ad Deum & licita media configiendum fuerat, ad impios & media illegitima configimus, id quod alios latere non facile potest, quorum scientiam quidem malam non facit, sed talem esse probat, si certis nitatur fundamentis, qualia hic non de-  
sunt in scripturâ, quæ licita tantum concedit & legitima me-  
dia. Inter quæ si quis impiorum numerat auxilium & opem,  
sciat, se petere principium. Contra verò, cum juxta Dei præ-  
ceptum, servandæ pacis ergo, de rebus licitis, & in verbo  
Dei concessis, ad Dei honorem, eotempore præfertim, quo  
nos aliorum ope non valde indigemus, &c. initur foedus,  
quis non hoc esse licitum credat?

Quæ omnia, quia satis nervosè *Polanus in syntagmate Theologic. cap. I. 10.* pertractat, placet ejus verba huic transcri-  
bere. Distinguuntur, inquit, foedera ex causis efficientibus,  
finibus & effectis quæ foedera ex diffidentia, vel avaritia,  
vel ad placedendum infidelibus, vel ad perturbandam pa-  
cem publicam contrahuntur: Item, quæcunq; occasionses  
præbere possunt aut corrumpendi puri cultus Dei, aut corru-  
ptelas serpentes augendi, ea profecto illicita sunt, divinitus  
prohibita & infelicia. At si qua foedera inveniuntur vel ad mu-  
tuam defensionem hostis communis (puta, ubi nos conju-  
xit vocatio) vel de non lædendo &c. & in summa, quæ  
veram religionem ac pietatem erga Deum non lædunt, sunt  
licita. Ubi tamen etiam atq; etiam cavendum est, ne cum  
hostibus ac persecutoribus Ecclesiæ Dei sese foedere con-  
jun-

1501  
Commodi  
nostrî gra-  
tia initio,  
contra Dei  
gloriam.

licitum.

Polani  
verba, de  
fædere il-  
licito.

licito.

jungant pii, quia neq; illis bona conscientia possunt praebere auxilium, neq; ab his exspectare, imo cum improbis & infidelibus promiscua conversatio non est licita, nisi ideo instituta, ut crucifaciamus illos, aut cum vocatio nostra id requirit: ut quando Christus cum peccatoribus edit. Luc. 15. v. 1. quando conjunx cum infideli habitat 1. Cor. 7. 13. Hactenus Polani verba & sententia paulum contracta.

*Status  
Contro-  
versie.*

Sed ne quis haec nimis generalia esse dicat, age ad quæstionem maximè hic controversam accedamus. Quæ est *An liceat sponte & voluntate nostrâ fœdera patrocinii cum profano populo, vel cum diversa religionis hominibus contrahere?* In specie vero nunc maximè controvertitur: *An vi aliquâ majore, à Pontificiis vel aliis nostris hostibus injustè nos invadentibus, ingruente, cum Calvinianis liceat nobis, qui Lutherani vulgo dicimur, de novo fœdus defensivum inire?* Hic enim est status controversiae, qui ut tanto observetur rectius, & quædam vocabula sunt explicanda accuratius, & quæstiones alienæ removendæ.

*Loquimur  
de fœderi-  
bus sponte  
initiis.*

Dico igitur I. sponte & voluntate nostra, ut removeam cùm illa fœdera, que per vim ab hoste profano nobis superiore extorquentur: tūmea, quæ olim à nostris majoribus sunt ita inita, ut etiam nos ipsorum concernant posteros, modò sint fœdera politica, quæ salvâ conscientia, scriptura duce, tolerari possunt, ut infra declaratur.

*socialibus*

II. Fœdus patrocinii voco, quando quis auxiliū imprendandi gratiā à potentiore, in ejus clientelam se recipit: atq; ita fœdus hoc distinguitur à quovis alio, quod ad pacem civilem tantum conservandam inter vicinos initum est: seu, si mavis. Fœdera defensiva ac socialia intelligo, contracta cum improbis, aut iis, qui non sunt nostræ religioni addicti,

*DE FOEDERIBUS.*

dicti, non pacificatorio: quorum hæc licita mandataquæ illa,  
illicita ac prohibita.

17.

III. Profanum illum nominō populum qui plane veri DEI  
est ignarus, quales sunt Turcæ, Tartari & similes. Diversæ  
verò religionis homines appello, qui verbum Dei quidem  
& Sacra menta habent, sed suo vitio non pura, quando il-  
lius verum corrumpunt sensum, horum verò legitimum per  
omnia non retinent usum.

cum pro-  
fanis,  
vel diver-  
sæ religio-  
nis homi-  
nibus.

IV. Quod vel præcipue hic observandum venit, non  
quæritur: Num sint illa foedera nefariè rumpenda, quæ  
~~κακηνικῶς~~ à quibusdam ita nuncupantur: sunt autem re-  
vera ius & potestas, quæ magistratus in nos ex ordinatione  
divina habet. In his enim, quia non tam nostrum valet ar-  
bitrium, quām Dei ita ordinantis voluntas ac vocatio, quā  
Deus nos huic subjecit imperio, neq; nostræ religionis sin-  
ceritas, neq; illius, quam magistratus colit, falsitas illam  
civilem societatem tollit, ut habet illud vulgatum apud  
Theologos axiom: Evangelium civiles ordinationes ho-  
nestas non tollit. Et huic refero transactionem Passavicanam,  
quæ est certa imperatoris Romani constitutio, & proinde  
à subditis toleranda, imò omnino observanda. Sed potius  
hoc in quæstionem venit. Num licet hominibus liberis se-  
quodammodo, certis admissis conditionibus, subjecere il-  
lis, quibus hactenus à Deo subjecti non fuerunt, tantum ut  
hoc pacto novorum sociorum ac patronorum auxilio im-  
pendentes evitent vel repellant periculum, etiam cum peri-  
culatione religionis sinceræ, quando illis in Republ. suam  
exercendi religionem potestatem faciunt, ac libertatem  
concedunt.

non, qui-  
bus sumus  
subjecti,

sed quibus  
non sumus  
subjecti.

C

V. Te-

De singu-  
lis non  
quæritur  
hic prima-  
rio.

Licet con-  
trahere  
fœderæ  
pacifica-  
toria,  
sancti  
cum pro-  
fanis  
possunt  
vivere.

Jus com-  
merciæ.  
Charitas  
profanis  
debetur.  
Dextra  
humani-  
tatis.  
fraterni-  
tatis.

## TRACTATUS.

V. Tenendum, de populo hic agi, non de hominibus pri-  
vatis: de communione aliquà quæri, nonde singulis. Quan-  
quam etiam hic satis disertæde vitando malorum consor-  
tio, quantum fieri potest, extant prohibitiones.

A scopo igitur abludunt hæc omnia: 1. Quod multi  
pii contraxerint fœdera cum impiis. Sunt enim fœdera-  
pacificationis, non defensiva.

2. Quod multi sancti coacti sunt inter diversæ religio-  
nis homines vivere. Fuit enim hæc eorum vocatio à Deo  
profecta, cui meritò obediens debuerunt;

3. Quod jus commercii licitum sit. Hoc enim non est  
inire societatem ad defensionem, aut Fœdus Ecclesiasticum  
contrahere.

4. Quod humanitas & charitas etiam ad profanos se ex-  
tendere debeat. Certis enim limitibus in scripturâ deter-  
minatum est, quo usq; hic sit progrediendum, & ubi subsi-  
stendum. Breviter, in civilibus, humanitatis dextræ profanis  
quoq; & diversæ religionis hominibus porrigere non tan-  
cūm possumus, sed lege divinâ tenemur, quin etiam ab il-  
lis vicissim, easdem accipere licet: sed in rebus Ecclesiasti-  
cis, & quodam religionis articulo fraternitatis dextra meritò  
à veris Christianis negatur illis, qui non sunt veræ suæ fi-  
dei consortes, sicut factum olim legimus à Lutherô b.m. &  
in Colloquio Mompelg. à nostræ partis collocutoribus,  
quâ de re vide pluribus differentem D. Meissner p.1. Philos. sob.  
sect. 2. c. 3. (mibi) ps. 49. 547. Et quid multis? Deum supra omnia  
diligere jubet S-pagina, quod quomodo præstet ille, qui  
tantum ut mundi fruatur favore, veram religionem temerè  
periclitari permittit, ipse viderit. Ut taceam, hæc etiam in eo  
abludeat à scopo quæstionis propositæ, quod non tam in  
fœdere

179

## DE FOEDERIBUS.

fœdere devensio, à nobis cum profanis inito, beneficium dare, quam accipere cupimus, & potius illorum nobis declarari, quām nostram illis succurrere charitatem optamus.

5. Quod à conversatione malorum in hoc mundo abstineremus nequeamus. Nam modum datur inter societatem fraternalm & aversationem omnimodam.

6. Quod cum Imperatore, aliisq; diversæ religionis dy-nastis ac Rebus publ. fœdere sint conjuncti etiam orthodoxi. Illius enim hoc jus est, quod à Deo in nos habet; In his vero etiam eatenus vocatio, quatenus à majoribus suis illas acceperunt, certis limitibus circumscriptas conjunctiones sine ullo puritatis religionis periculo, qualis est inter Saxoniæ & Hassiæ duces &c.

7. Deniq; quod ad alia multa, quæ adduci solent, spectat exempla, in illis non tam quid facti, sed quid juris, in legis divinæ tabulis videndum putamus.

Hisce ita præcognitis, quando quæritur de fœdere merè Ecclesiastico aut mixto, Negative respondemus, his seqq; ex Scripturâ deductis nixi fundamentis.

Forum lsumptum est ab injusto: siquidem Ecclæsiæ veræ (cujus nomine veri Christiani intelliguntur, tanquam ejus cives) defensio soli Deo, ejus fundatori & conservatori, Christoq; unico ius regi ac capiti debetur, ab eoq; petenda & exspectanda est, & si quis hunc honorem hominibus, qui cunq; tandem illi sint, exhibet, quin committat gravissimam idolatriam, nulli potest esse dubium, nisi cui primi præcepti non satis cognita est sententia, in cuius explicatione, quomodo ex scripturâ hoc latius deduxerint interprites, brevitas ergò malo apud eos videri, quām huc transferri. Et hoc e si, quod alii quidam orthodoxi, qui videntur nobis hāc in

C<sub>2</sub>

quæ-

Prorsus  
vitare  
los nequi-  
mus.  
Jus Impe-  
ratoris.

Antiquæ  
conjun-  
ctiones.

Quid ju-  
ris?

De fœde-  
re Ecclesi-  
astico aut  
mixto ne-  
gatur,  
I. quia  
Christus  
est prote-  
ctor pio-  
rum,

etiam per  
media le-  
gitima,

quamdiu  
sunt cives  
Ecclesie.

Prohi-  
bentur  
talia fœ-  
dera.

Esa. 30.

quæstione contrarii, partiq; affirmativæ æquiores, caven-  
dum esse monent, tum ne in fœdere mixto conditiones fœ-  
derales religionem ipsam, ejusq; defensionem comprehen-  
dant, tum ne ulla in fœdere collocetur fiducia. Ubi notan-  
dum, quod quando Christum solum Ecclesiæ defensorem  
statuimus, media legitima & in scripturâ concessa non ex-  
cludamus, sed tantum ea, quæ Christo sunt contraria, &  
cum eo simul haberi nequeunt, qualia sunt diaboli & im-  
piorum auxilium, vide & expende hæc loca Matth. 6. 24.  
Luc. ii. 23, 2, Cor. 6. 15. Neq; est quod quis objiciat, argu-  
mentum concludere de Ecclesiâ, quâ Ecclesia, non quâ ejus  
cives sunt etiam homines, dico, quod semper hos oporteat  
esse homines pios, qui à nullo alio exspectabunt auxilium,  
quam à Christo, & eo, qui est ipsius membrum. Et si illegiti-  
ma & à Christo prohibita adhibent media, cives Ecclesiæ  
esse desinunt, id quod saltem fuerat concludendum, ubide  
Ecclesiâ non agimus in abstracto.

**II.** *Ab illico:* quia Deus expresse prohibuit in multis  
scripturæ locis, quorum nos tantum præcipua quædam  
producemus, ex quibus tamen de reliquis facile poterit fieri  
judicium. Exod. 23:32. Ne pangito cum iis (habitatori-  
bus terræ Canaan infidelibus) nec cum Diis eorum fœdus  
v. 33. Ne habitanto in terrâ tuâ, ut non inducant te ad pec-  
candum in me. Nam servitus es Iis illorum, & id es-  
set tibi in tendiculam, Cap. 34. 12. Cave tibi, ne pangas fœ-  
dus cum habitatore illius terræ, ad quam venturus es, ut  
non sit in laqueum in medio tui. Sic ibid. v. 15. & Deut. 7. 2. 3.  
Jos. 23. 12. 13: Esa. c. 30. est acerbissima & satis prolixa contra-  
tale fœdus instituta concio: quæ, quod non tantum ad eos  
qui tūm vivebant, spectet, inde satis liquet, quod propheta  
expres-

expresso mandato vers. 8. jubetur eam inscribere tabulae & in libro exarare, ut sit temporibus sequentibus in sempiternum. & usq; in seculum.

Non igitur est, quod quis excipiat ad hanc prohibitions 1. Hæc dicta esse tantum Israëlis. Licit enim illis (qui tum in V. Testamento solerant electus Dei populus, & regnum sacerdotale Exod 16.6. Deut 7. 6. cum in N. Testamento in hanc dignitatem omnes credentes sint recepsi. Eph. 5. 16. Pet. 2. 9. rupto pariete intergerino Eph. 2 14.) nominatim hæc sint dicta, tamen secundum usum & accommodationem dicuntur omnibus, ut reliqua lex moralis in naturâ fundata, & ex ea quodammodo nota. Deinde, etiam de aliis gentibus quam incolis terræ Canaan hæc lex reperitur, eiq; addita comminatio, Reg. 11. 2. & Esa 30. Deniq; quod lex sit universalis concernens omnes, ex causa legi in locis citatis, addita, eaq; universalis, liquidò constare arbitror.

2. Propter metum idololatriæ, ad quam Judæi erant valde propensi, tantum prohiberi illud fœdus. Resp. 1. Si concederem hoc, tamen manet (quia & nos omnes ad eam sumus propensi,) itidem nobis illud interdicti. Resp. 2. Verba sunt perspicua, quæ hæc duo inter se satis manifestè segregant. Prius, neullo modo ullum fœdus cum iis pangant, aut societatem ineant, neq; etiam in terrâ suâ commorari finant: id quod nos non obligat. Posteriorius, ne ipsorum religionem sequantur: id quod semper obtinet & nobis exempli loco ponitur.

3. Habuisse Judæos peculiares promissiones, quod Deus esset futurus ipsorum defensor, ideoq; ipsi aha querere externa non debuerunt auxilia. Resp. 1. Et nos habemus pro-

C 3

missio-

Obj. I.

R. Hæc cuntur omnibus.

I.

2.

3.

2. Obj.  
R. Ad ido-  
lolatriam  
omnes  
sunt pro-  
pensi.

Obj.

## TRACTATUS.

R. habemus promissiones

Si Judais sunt interdicta auxilia humana.

multo magis nobis.

Exemplum Josaphati.

missiones easdem in genere, quatenus fide sumus filii Abraham, licet de terrâ Canaan aliquid speciale intercesserit, quod ad nos non pertinet, id quod neq; huc quadrat: siquidem quærimus, unde defensio in omnibus periculis gravioribus sit exspectanda Dei populo? Utique potius à Deo vero quam à alieno, e jussq; cultoribus, quantumvis florentibus in hoc mundo R. 2. inverti hoc potest quodammodo. Quia enim Judæi habebant promissionem Dei de certâ terrâ obtinendâ, si quando nulla apparerent media, quibus eam sibi servarent, ratio humana judicare poterat, licuisse tunc uti auxiliis hominum etiam à verò Dei cultu alienorum saltem ut promissionis Dei constaret veritas, & facienda fuisse mala, ut evenirent bona, Ramam, 3. 8. quemadmodum Sara Gen. 16. 2. aliq; sancti medius etiam non permisit promissiones Dei complendas esse falsò putarunt. Nobis verò quia nullus mundi angulus certò & semper est promissus, & terra tota est Domini undè erimus certi, licere nobis magis quam Judæis auxilia externa advocare, ut illam, quam possidemus, retineamus terram? atq; ut cum Apostolo argumenter, ex c. II. Rom. v. 21. Si Deus ramis naturalibus hic non pepercit, vide ne tibi quoq; non parcat ramo insito.

Sed videamus potius in exemplo uno atq; altero, nobis quid ex usu sit 2. Chron. 16. 2. graviter reprehenditur Josaphat Rex judæ, quo vix justior alter vel pietate fuit vel bello major & armis, quod regi Israëlis, impio Achabo, auxilium in bello tulerit, his verbis emphaticis? An improbo auxiliari, & osores Jehovæ diligere te? At propter hæc tibi incumbit fervens ira à Jehova. Preterea graviter in ipso prælio confictatus & miraculosè à Deo servatus, tandem domum redit. Paulò post verò cum iterum societatem nayalem

Cum

cum Ahasja improbo inierat, id inde lucratur, ut totâ suâ privetur classe, sic vaticinante & denunciante propheta Domini. 2. Chron. 20. 35. 36. 37. Quandoquidem consociasti te cum Ahasja (is autem agebat improbissimè) disrumpit Jehova opera tua. ita confracte sunt naves, neq; obtinuerunt vim obeundi oceanum. Amatzja rex Iehudæ neq; mercenarios milites impios sinitur in bellum educere, à viro Dei ita monente: O Rex, ne venito tecum exercitus illo. Non enim est Jehova cum Israëlitis: sed procede tu, age, confirmate ad hoc bellum 2. Chron. 25. 6. 7. 8. Sic allegoricè gravior invicitur Deus in Israelitas per Ezech. c. 16. quod toties ipsum reliquentes ad humana confugerint auxilia.

Atq: ut verborum hic faciamus compendium, Oseas multis conjunctionem profanam populi Dei cum gentibus exagitat c. 2. 5. & c. 5. 11. 13. c. 7. 8. c. 8. 7. c. 11. 3. c. 12. 1. Amos c. 6. 1. & 2 | Micheas c. 4. 9. & quod ad diabolos ac genus, eadem prohibitio in N. Testamento sæpe repetitur Matth. 7. 15. c. 18. 17. Act. 19. 9. 1. Cor. 5. 6. 7. 11. 2. Cor. 6. 14. 15. 16. 17. Eph. 5. 6. 7. 11. 2. Thess. 3. 6. 14. 1. Tim. 6. 3. 5. 2. Tim. 2. 16. 17. c. 3. 13. c. 4. 15. Tit. 3. 10. 2 Petr. 3. 17. 1. Joh. 5. 21. 2. Epist. Joan. v. 0. 10. 11. Jacobi 4. 4. 7. Apoc. 18. 4. In specie enim tum in initio N. Testamento nondum talia prohiberi poterant foedera, de quibus jam quærimus: siquidem nondum ullus pius rex & dux aliisve magistratus aut Resp. potentior extabat, quæ talia foedera cum aliis contraheret.

Quæ omnia si recte expendamus, facilè intelligimus inane id esse quorundam effugium, legem illam, quæ in V. Testamento prohibet foedera cum impiis sancire, tantum esse ceremoniale aut forense, quæ nos in N. Testamento nihil quicquam obliget. Licet enim aliquid ceremoniale aut forense

Amatzia.

populi Ju-  
daici.Conjun-  
ctio cum  
profanis  
& malis  
interdic-  
turi.

NB.

Lex hæc  
non est  
merè Ce-  
remonia-  
lis aut fo-  
rensis.

forense quandoq; ei sit insertum aut adjectum, pro ratione ejus populi, loci atq; temporis, tamen ipsa lex totum statim propterea ceremonialis aut forensis non est, sed, ut in ipso decalogo suum habet fundamentum, ita etiam semper & adhuc in N. Testamento obligat ad obedientiam omnes pios, nisi eadem opera velis concludere præceptum tertium totum esse ceremoniale, quia particula de certo die, Sabbati sanctificando ad nos non pertinet, cum tamen genus semper maneat firmum ac stabile, videlicet unum in qua libet septimanam diem publico cultui divino esse tribendum. Sic etiam se res habet in hoc præcepto.

Annō enim est lex illa, de foederibus iata, moralis quam i. Prophetæ in Veteri, & Apostoli in N. Testamento toties inculcarnnt. 2. Cujus nondum ulia ex S. Ieris ostendit potest dispensatio. 3. Cujus tanta à Deo ipso fuit constituta poena ut multoties in uno libro Judic. Israelitæ in manus suorum hostium traditi legantur, quod à Deo vero deficientes cum illis se conjunxissent foedare. 4. Cujus ratio est universalis. 5. Quam omnes verè pii quovis loco & tempore diligenter observarunt. Et 6. deniq; quæ natura adhuc quodammodo nota est, ut egregiae hæc de re Ethnorum extantes testantur sententia ubi instar omnium nobis esse potest dictum illud Isocratis in Archidamo: εγώ μετίστηται γένος συμμαχιῶν ἔται κατέβασθε τὸν, τὸν διηγεῖται πάτερνον, ἐνεργεῖται τὸν τὸν θεῶν εὐνοιῶν ἔσταται κατέτων, ἐπεργεῖται τοῦ τολμότων πειμάρεσθαι της ἡδη γενενημένων, cui adjice, quæ habet Aeschylus in Tragoedia ἔπαι Δημόσιαις. φέλεται σωτηριώτερον ὅρνιθε βεόπτης δικαιοὺς ἄνδρα &c. Ex quibus legis moralis καὶ meios sat firmiter licet colligere, etiam hanc ad eam spectare, quamquam nos omnes circumstantiae omnibus

bus in locis V. Testamenti additæ, non in N. Testamento viventes concernunt: quemadmodum latius alibi discrimen legis moralis, ceremonialis ac forensis solet deduci. Vide disputationem quandam D. Polycarpi Lyseri, Lipsiæ anno 1620. de foederibus habitam. thesi 78.

Huc spectat, quod Deus amicitiam & familiaritatem (cujus species sunt foedera) cum malis initam, graviter reprehendit, &c. ut pii eam cane & angue pejus devitent, severè mandat Prov. 1. 10. c. 3. 31. c. 4. 14. 15. c. 9. 6. c. 23. 17. cum quia est inimicitia adversus Deum, Jac. 4. 4. 1. Joh. 2. 15. cum quia pernitirosa, siquidem est causa multorum & peccatorum & calamitatum Prov. 1. 16. &c. 1. Cor. 15. 33. Unde ab eis sedulò sibi caverunt. & ut possent, Deum orarunt Ps. 26. Ps. 36. 1. &c. & 141. v. 4.

III. Probari idem potest ut Inutili seu Incommode, siquidem talia fædera & periculosa sunt, dum durant. & tandem infelicem eventum sortiuntur ubi D. Hutteri verba ex tratt. de Fœder. citare libet. Habent, inquit foedera religiosa multa incommoda. 1. obscuratur iis gloria Dei & laus victoriarum, soli Deo debita in hostes veritatis transfertur. 2. confirmantur impii in errore. 3. offenduntur ex nostris infirmiores. 4. involvunt se Orthodoxi alieno reatu, & poenis illicis, quæ veritatis hostibus a Deo sunt decretæ. 5. committunt se præsentipericulo, quod ex horum fraudulentis imminent consiliis. Cui sententiae adjungi potest consilium, misistrorum verbi Norinbergens Anno 1530. datum, quod tantum ab est, ut fædus cum Calvinianis (de illis enim agunt in specie) permittant contrahi, ut ne colloquium quidem, possit admitiones spretas, instituendum publicè cum iis esse, prægnantibus syadeant rationibus. Nam quod ad

D

foedera

Familiaritas  
matorum  
prohibe-  
tur,

Fædera  
talia per-  
niciosa

1.  
2.  
3.  
4.  
5.

Exempla  
mala.

1.

2.

3.

4.

5.

Probata

Lutheri  
rejiciunt  
Calvinia-  
nos.

foederahæcattinet, qui ea contrahunt, non tantum ne se-  
ducantur perpetuò metuere necesse habent, sed etiam aliis  
iisdem peccatis ac pœnis se implicant, quibus obnoxii sunt  
isti impii, cum quibus jugum iniquitatis trahunt : sicut ex  
empla testantur, Israëlitarum Judic. 2. 2. Salomonis regis sa-  
pientissimi ac potentissimi, regum vicinorum affinitatibus  
ac foederibus impliciti, à vero Deo ad pessimam idolola-  
triam abdueti ac ab hostibus suis afficti, imò in filio & qui-  
busdam posteris idem peccatum luens 1. Reg. c. 3. 10. 11. 12  
Aīc contrahentis foedus cum Benhadado regis Syriæ 1. Reg.  
15. 19. & propterea agraviter puniti 2. Chron. 16. 7. 8. 9. Acha-  
bi, qui propterea, quod Benhadadum in vivis conservasset,  
ac in fraternitatem recepisset, ipsius loco futurus & ana-  
themati devotus dicitur 1. Reg. 20. 32. 42. Quibus adde ex-  
empla, paulo ante in secunda ratione citata, & tandem  
mantissæ loco Maccabæorum, solo Deo nixorum, felicem  
in bellis successum, & contrā infelicem eventum, quando  
se cum gentibus conjunxerunt foedera; diligenter considera  
Vid. i. Macc. 1. 12. c. 8. 1. & c. c. 10. c. 12. 1. 2.

IV. Ad exemplis probatis veterum & recenium, qui  
Deo solo confisi foedera cum impiis sancire noluerunt ca-  
lia, quibus sibi defensionem quā indigebant maxime, para-  
rent ab hominibus, quippe qui notant, quod Domini  
sit majestas, potentia gloria & victoria 1. Chron. 29. 11. &  
cui hic benedixit quod ille sit benedictus in secula 1. Chron.  
17. 27. quodq; Jehovæ non sit impedimentum, quin servet  
multis aut paucis 1. Sam. 14. 7. & quod alioqui vanitas sit au-  
xiliatio humana, in Deo verò pii possint facere strenue Ps.  
60. 13. 14. instar plurū sit nobis Lutherus noster p. m. qui suo  
potissimum effecit iudicio, ne Zwingiani ullo modo in foed  
recipe-

reciperentur Smalcaldicum, cum ejus confoederationis finis esset, ut Evangelii doctrina ejus praesidio defenderetur, si qua vis à Pontificiis inferretur, id quod à Zwinglianis sperari neq; posse neq; debere ita conclusi heros ille invictus.  
 1. Quia non unum sentiunt neq; credunt, ideoq; in periculis facile nos essent deserturi. 2. Fœdus hoc plenum suspicionis & offendiculi esset, eo quod homines nostri potius spem suam essent reposituri in homines quam Deum. 3. Impium esset idem, quia ipsi haeresin fovent in doctrina de Sacramento coenæ, quem errorem ne videamur confirmare, fœdus ne incamus cum iis. 4. Qui negant autem vel torquere non erubescunt expressa Dei verba quidni abnegabunt aut torquebunt pacta sua.

1.  
2.  
3.  
4.

Ob. Vim  
vilect re-  
pellere.

R.

(Exem-  
plum Ele-  
&oris  
Saxo-  
niae.

Et ne quis objiciat, quod multis etiam hodiè in ore est, licere vim injustam vi repellere, & hactenus tantum cum his posse fœdus sanciri, & posse nos horum auxiliis, ut aliis, à Deo concessis uti medius. Respondeat ipse ad prius, cum vis ista tantum inferatur à pontificiis propter Evangelium, cuius defensionem sibi soli servat Deus, & facile præstare potest vel immediatè vel mediatè per credentes paucos, nostrum non esse propterea nos conjungere cum improbis fœdere. Quomodo etiam piissimus Elector Saxonie Jo-  
hannes in conventu Francofurtensi Helvetiorum legatis respon-  
dit, non se quidem latere, quanti sit facienda ipsorum  
conjunctione propter vires atq; potentiam, sed tamen eò sibi  
minimè respiciendum esse, ne tristis inde sequatur exitus,  
quod iis accidisse scriptura testatur, qui muniendi sui causa  
hujusmodi malorum usi sunt præsidiis, ut refert Sleid. l.6.  
C. 8. Chytr. in Chron. Thuan. 2. Hist. Ad posterius facile etiam  
potest responderi ex iis, quæ supra in genere dixi, quomodo

D 2

de

legitimis  
mediis.

de rei actionis ve bonitate aut malitia ferri possit judicium. Quale enim fuerit principium, objectum, finis & circumstantiae, talis etiam illa omnino futura est. Jam vero etiam atq; etiam vide, Anne ex diffidentia talis oriatur coniunctio, etiam cum illis, quibuscum conversari tutò non possumus. sine vocatione aut causa gravissima, cum ob finem, ut malum, quod nos nobis non attraximus nostra temeritate, sed à Deo nos probante, aut paternè vastigante immisum est, vitemus, tūm quando religionis puritas attenditur,

Sed dicat quispiam. Ita videmur tentare Deum, si illa media respuamus, quibus uti poteramus. Resp. Concedendo de licitis; nam illicita nunquam adhibere piè possumus, quale sine dubio est, à Deo ad homines deficere, fiduciam, quæ ei soli debetur, collocare in creaturam, unde toties in scriptura reprehensum id legimus, & quidem in lege morali. Quicquid verò contra illam, peccatum est & illicitum licet quandoq; juvat, aut ex periculo liberet, ut magicæ veneficarum incantationes, amuleta &c;

Quomodo  
vis potest  
averti?

R. pietate

piorum  
opera.

Siquær.s porrò. Quomodo igitur in illa necessitate ac periculo vis ingruens averti queat? Resp. Theologice & breviter, fieri hoc optimè posse pœnitentia & conversione ad Deum seria precibus ardentissimis, jejunio, aliisq; veræ fidei exercitiis, quod consilium in vastatione agrorum supra suppeditavit Jocel, ut ita malum tollat, aut pro sua sapi. entia mitiger, qui inflxit, is nos sanet, qui vulneravit, is educat, qui in hanc calamitatem induxit, atq; ita Deum nobis reddamus propitium, hostibus verò inimicum. Præterea cactiam sociorum piorum opera & auxilia sunt advoca de conditionibus pacis cogitetur &c. quæ si omnia nihil quicquam proficiunt, exemplo Joabi, 2 Sam. 10. 12. rem & cycn-

eventum Deo commendantes, vim injustam vi repellant  
oppressi, remgerant fortiter & prudenter, ubi etiam multa  
strategemata non improbanter, qualia vide Gen. 14. 15.  
Jos. 8. 4. &c. Jud. 20. 29. &c. 2. Reg. 7. 6. & 7. 2. Chron. 26. 15.  
&c. 32. 3 & 4. quemadmodum in p̄is Patriarcharum, Judie-  
cum, regum populi Dei exemplis videre est, qui licet s̄e-  
pius peculiares habuerint promissiones, tamen ad nos & il-  
læ eatenus pertinent, quatenus sunt exempla istius genera-  
lis promissionis ad pios omnium temporum & locorum  
spectantis, de conservatione & defensione Ecclesiæ à Deo  
olim factæ, & deinceps sæpè repetitæ: ubi tenenda illa A-  
postoli maxima, Rom. 15. 4. Quæcunq; scripta sunt, ad  
nostram scripta sunt, doctrinam. Unde ne V. Testamenti  
historias excipias. idem præ occupavit. 1. Cor. 10. 6. & 11.  
quod hæc illis quidē evenerint, sint autem typi nostri. & in  
nostrâ admonitionem literis consignata. Quid? quod Deus  
erga suos semper idem, qui non mutatur, nec mutat Mal. 3.  
6. Et si hic pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. 31. Cui non-  
& difficile etiam per paucos servare, ut non statim propter-  
ea sit opus exspectare velle planè extraordinaria miracu-  
la. Sic Abraham paucis suis vernis & sociis aliquot vincit  
reges Gen. 14. Gideon trecentis viris à Deo selectis in fu-  
gam conjicit ingentem Midianitarum exercitum Judic. 7.  
Nec sunt similia exempla, quæ patrum nostorum conti-  
gerunt memoria, ubi pauci multos, Deo favente, prostra-  
verunt. Hæc igitur media in tali casu licita esse, & salvâ ad-  
hibeti posse conscientiâ putamus; implorare verò homi-  
num, vel prorsus à vera religione alienorum, vel saltem in  
quibusdam fidei articulis fundamentalibus è nobis dissiden-  
tiis auxilia haud licet rē existimo. nisi ut sæpè antea dictū  
est.)

D 3

Historia  
in bibliis  
propter  
nos scri-  
ptæ.

Deus per  
paucos  
potest  
servare.

Quando  
talia auxi-  
lii pos-  
sint im-  
plorari:

est nostra id requirat vocatio, quomodo Lutherani iuxta ac Calviniani Imperio Romano subjecti à suis hostibus in justè pressi Imperatoris Römani, Pontificiæ religioni addicti, fidem & auxilium implorare rectè possunt, siquidem is in his terris est Dei vicarius, & quas ipse præstat suppetias, mediatè per eum Deus ipse tulisse piè creditur, qui vult, ut omnia fiant ordine ac decenter, & quem ipse dedit magistratum, ei honorem, huic debitum, exhibeamus, & ab eo vicissim officia ac defensionem magistratus competenter exspectemus, exemplo Pauli, cui, quod ad crudelitatem, Imperator Romanus est Leo, 2. Tim. 4.17. & tamen in vita periculo & causa politica ad eum tanquam magistratum ordinarium, rectè appellat, Act 25. 10. & 11.

N.B.

Vocatio  
attenden-  
da.Religie-  
nes diver-  
se role-  
rantur.Abraham  
Isaac non

Etiam hoc addo: Ibi nos cum diversæ religionis hominibus in eadem provincia aut civitate conjunxit divina vocatio, quæ est magistratus summi permisso, ibi salvâ conscientia perdurare possumus, modo liceat nostram religionem nobis rite & tutò colere. Tum enim pios solatur illa Dei promissio, qua pollicetur, se unicuiq; in vocatione, & viis suis affore Psal. 91. II. 15. id quod in Abrahamo, Isacco, Jacobo in Ægyptum jussu ejus descendantibus, in Danieli, ejusq; sociis captivis in Babylonia detentis videre est, & huc traho illud, quod tantopere JCti & Politici quidam urgent, posse diversas tolerari religiones, concedo, sed à nobis, qui sumus subditi, quando magistratus superior concessit. Num vero de novo in libera Republ. admitti debet religio minus Orthodoxa, qui ex scriptura probaret, hactenus vidi neminem

Deniq; (ut omittam alias plures objectiunculas, quæ ex jam dictis facile dissolvi possunt) immane quantum discre-

## DE FOEDERIBUS.

31

in iere  
fœdera  
cum im-  
piis

nisi civiliæ

Calvinia-  
norum à  
religione  
nostra  
dissensus

discrepent à præsenti quæstione exempla Abrahæ Gen. 14 & 21. & Iсаaci Gen. 26. ferientium fœdera. Primum enim non desunt (inter quos etiam Lutherus noster) qui negant, eos confoederatos fuisse impios, profanos, aut à religione Patriarcharum alienos, id quod ipsi aliquot ex textu petitis argumentis conantur probare. Ego hoc satis disserit ex locis allegatis evinci posse ajo, non fuisse hæc fœdera Ecclesiastica & mixta, sed tantum politica, de rebus civilibus: & hoc non tam defendendo, quam de non offendendo, utrumq; vero tūm contractum à patriarchis, quando non admodum ipsi horum ope indigebant, imò, quando hoc petebat ab ipsis Abimelech. Quæ itaq; est hæc consequentia? Patriarchæ potuerunt cum viciniis suis piis (ut statuit Luther, in Comm. in Genes.) de rebus civilibus, ac de non offendendo, invitati &c. contrahere fœdera. E. & nos possumus, cum hominibus vel planè impiis, vel in Deum, è jusq; verbum blasphemis, vel saltem præfracte defendentibus errores fundamentales, fœdus inire de defendendo, etiam libero illis suæ religionis concessio exercitio, invitantes eos, & omnibus modis allientes. Quis enim ex præcedentibus non videt, confundi diversissima fœderum genera? diversa hic esse principia, objecta, fines, circumstantias. & proinde eandem haud esse posse actiones.

Quod vero ad Calvinianos spectat (id enim unum in hac Quæstione restare arbitror) Num illi à nobis in præcipuis quibusdam Fidei articulis, iisq; fundamentalibus dissident, nempe vel maximè in loco de persona Christi, de Prædestinatione, de Baptismo, & Cœna Domini &c. neminem adeò in Theologia hospitem esse crediderim, qui id vel ignoret vel saltem de eo dubitet, cum & in libris quibusvis

22  
TRACATUS.

busvis Catecheticis ac Symbolicis Compendiis item Theologie in antithesi, ea sati explicata sint, & aliae ex multis, jam annos octoginta, ab utraq: parte scriptis polemicis editis constet: quae de causa in se plana prolixiori commentatione supercedeo. Inter alia autem quae magno numero citate poteram, videatur hac de re scriptum moderatum & eruditum D. Laurentii Lalii, cui titulum fecit. *Criterium Fidei, das ist, Prob des Glaubens / zwischen den Evangelischen Augspurgischen Confession/ und den Reformierten.*

Fædera  
politica  
licita

Ratio 1.

2.

3.

4.

Et ad fæderia mere Politica accedo, quae licita esse affirmo etiam cum profanis & incœdōzis, ob seqq. rationes. I. Quia justa & bona sunt, ex princ. pio, objecto, fine ac circumstantiis spectata: II. Quia non tantum à Deo sunt concessa, sed etiam mandata. Psl. 34. v. 13. Rom. 12. 18. Hebr. 12. v. 4. quomodo etiam omnes pii jubentur intercedere apud Deum pro regibus, & quibusvis in eminentia constitutis, ut tranquillam & quietam vitam degant cum omni pietate & veneratione. Tim. 2. 1. & 2. & Jeremias captivos in Babyloniam per epistolam ita hortatur c. 29. 7. quærите prosperitatem istius civitatis quo deportavivos, ait Jchova & orate pro ea Jehovam: nam in prosperitate ejus, futura est vobis prosperitas. III. Quia exempla extant probata priorum, Jacobum Labane Genes. 31. v. 44. Davidis 2. Sam. 5. v. 11. Salomonis 1. Reg. 5. v. 12. cum Hiramo rege Tyri contrahentis fœdus politicum. IV. Quia Deus graviter punivit eorum violatores: Saulem, ejusq; posteros 2. Sam. 21. v. 1. & 2. &c. Confer. Josue 6. & 1. Sam. 28. v. 3. & 9. Ladislauum Ungaræ regem, rumpentem fœdus politicum cum Amurath the initium ex instinctu Romanij Pontificis, lib. 5. Cron. Carionis. Et notaru dignum est, quod Silesiorum annales

refe-

referunt. Amurathem jam ferè in fugam conjectum cum suis, postquam aspexisset prælatam à Christianis Christi crucifixi imaginem, altâ voce exclamasse: Crucifixe, si Deus es, effunde iram tuam in populum tuum, qui jumentum sub nomine tuo factum sceleratè violent, id quod etiam Ladislai innuit epitaphium:

*Romulida Cannas, ego Varnam cladem notavi:*

*Discite mortales non temerare fidem.*

*Me nisi Pontifices jussissent rumpere fædus.*

*Non ferret Scythicum Pannoris ora jugum.*

Concludimus igitur, foedera merè politica esse licita, etiam cum simpliciter impiis & non blasphemis (hi enim prorsus vitandi sunt, & nihil cum illis habendum consortii) contracta, modò sint de re licitâ & modo legitimo inita, ne quid damni inde patiatur religio pura. Unde tamen nequaquam sc̄ qui putamus, etiam mixta foedera esse licita ob easdem rationes adductas: quod vel inde patet, quod, quoties populus Judaicus intra terminos merè politicos se non continebat, quoad foedera cum profanis aut diversæ religionis hominibus in ita statim per prophetas graviter reprehensus legatur, In quo casu etiam hodiè foedera politica esse illicita ac infelicia statuit Dn. Hütterus, Quin potius propter rationes supra de foedere Ecclesiastico seu religioso prolatas, mixtum quoq; fore illicitum firmiter concludi posse videtur, siquidem quod in lege morali prohibitum, ac per se illicitum est, nullo respectu licitum fieri posse constat, quamvis contrà, quod per se licitum est & bonum, per accidens illicitum & malum reddi possit,

Atq; ita hanc de foederibus propositam Questionem

E

pro-

*non mix-*  
*ta.*

*Alii hac  
djudicent*

## TRACTATUS DE FOEDERIBUS

pro instituti nostri ratione breviter agitata conclam  
mus: in qua, si quis meliora & certiora ex verbo Dei pro  
ferre haberit, in illius libenter sumus concessuri senten  
tiā: sin minus, humana divinæ apud nos nunquam  
prævalebit auctoritas. Inspice & confer cum his, quæ  
de foederibus habet D. Johān. Gerhard. Tom. 6. L. G. etiam  
pag 603. sub finem.

Vixum.

Interim, quamvis montes recedant, & colles dimo  
veantur, benignitas tamen Dei nostri à nobis non rece  
dat, & foedus pacis ejus non dimoveatur Es. 54. 10. dispo  
nat opus nostrum in veritate, qui foedus perpetuum pepi  
git nobiscum, cap. 61, v. 8. nempe foedus hoc Novum, ut  
indat legem suam menti nostræ, & cordi nostro inscribat  
eam, & sit nobis Deus, nosq; simus ipsi populus, Jerem. 31.  
v. 32. 33. Ezech. 37. 26. 27. ut ita pax illa Dei, quæ exsuperat  
omnem mentem, præsidio custodiat corda nostra & men  
tes nostras in Christo Jesu, Phil. 4. v. 8. Cui gloria  
& robur in secula seculorum Amen.

I. Pet. 5. v. 11.



II. IN:

# I. INDEX.

## Autorum, qui allegantur.

<b>A</b>	Schylus	pag. 24	Lyserus	25
	Aquila	6	Lutherus	37, 26, 27,
	Basilius M.	41	Martyr	6
	Buxtorfius	14, 15, 22, 35	Meijerius	42, 18
	Calvinus	24	Mercurius	13, 15
	Carion	32	Noribergenses	25
	Chytraeus	27	Oecolampadius	24
	Cicero	6	Paræus	9
	Drusius	6	Polanus	15
	Gerhardus	34	Ribera	24,
	Hutterus	25, 33	Sextus Pomp. Festus	6
	Hieronymus	3, 6	Symmachus	6
	Iſocrates	24	Sleidanus	27
	Junius	10	Thuanus	27
	Lelius	32	Virgilinus	5, 6
	Livius	6	Zepperus	9
<b>L</b>	Ucretius	5	Zwinglius	39

# II. INDEX

## Vocum Hebraeorum hic declaratarum.

אָרוֹן	6	נְוִזְרָה varia significat	13
אֵשׁ	20	מְשִׁיעֵי-	36
כְּרִית	5	סְפִירָה	36
גָּבָר	35	פְּרָק	22, 23
בְּתַתִּים	16	קְטַל	20
חֶרְבָּה	20	לִבְנָה i. e. domus	36
חָוֹן	12	רָאָה	21
חַמֵּס	20	שְׁמוּנָה	14
חַחַת	20	שְׁעִיר	15
כִּי. e. verē	21	פְּתִירָה	18
		E 2	Et

## II. INDEX.

### Et Græcarum.

Aγέν i. fama,	18	Οργυα, ὕεγος	12
Διαβήτης	5	Ως i. e. verē	21
Καλία	15		

## III. INDEX.

### Verborum & Rerum memorabilium.

Abdias unde dicatur	12	Circumstantiae actionis	12
Abraham non iniit fœdus cum impiis nisi civile	31	Confederati securi	7
Actiones bonæ & male quænam?	12	Confederatorum perfidia	18
Afflictus non est affligendus	32	Conjunctio cum malu prohibetur	
Amatzja malè fœdus iniit	23	Consentiens malo	31
Amicorum perfidia	28. 29	Credens est ut columba	29
Ampullari	22	Credentes hæredes Dei	39
Analysis prophetie	9. 10. 11	Crucifixio Christi à Deo & Judæis	
Antiquæ conjunctiones	19		
Apostoli judicant mundum	42	Crux ad Deum ire compellus	13
Auditio, i. e. fama	14	Deditio fœdus	40
Bella à Deo immittuntur	26	Defensiva fœdera	9
Bibamus in salutem nostram	32	Dei est consilium	29
Bibere, i. e. mala pati	23	Deus vult omnium salutem	25
Bona piorum data & sperata	34	est suis murus igneus	27
Bonitas actionis à Deo	11	per paucos potest servare	29
Calvinianorum cur crebra sias hic menito?	3	Dextra humanitatis & fraternita- tis	18
in religione dissensus	33	Dies alicujus	
Charitas profanis debita	18	Jehovæ	23
Christus est protector piorum	19	Diverse religionis homines qui?	17
salvator unicus	37. 41.	Ecce	14
quosdam suos titulos dat suis ministris	41	Ecclesiæ N. T. conditio	39
		cives sancti	39
		extra	

### III. INDEX.

<i>extra Ecclesiam nulla salus</i>	8	<i>Josaphat male fædus init</i>	22
<i>Ecclesiastica fædera que?</i>	8	<i>Ira Dei ignis</i>	39
<i>non sunt licita</i>	19. & seqq.	<i>Judeorum somnium</i>	37
<i>Ellipsis</i>	23	<i>Ius commercii</i>	18
<i>Enallage temporum</i>	17	<i>Kerthela bone vel male actio-</i>	
<i>Exempla improbata</i>	26	<i>nis</i>	10
<i>Familiaritas malorum prohibe-</i>		<i>Ladislaus frangit fædus magno suo</i>	
<i>tur</i>	25	<i>&amp; subditorum cum damno 32. 33.</i>	
<i>Fiducia vana in res mundanas col-</i>		<i>Lex quænam moralis</i>	24
<i>locata</i>	9. 10.	<i>Lutheri judicium de Calvinianis</i>	27
<i>Finis</i>	12	<i>Magistratus à Deo datur &amp; tolli-</i>	
<i>Fæderis òmuwumia</i>	5	<i>cum</i>	29. 30.
<i>érdpaolezia</i>	6	<i>eius jus in nos</i>	17. 19.
<i>Cuwavumia</i>	7	<i>Malitia à Diabolo &amp; natura cor-</i>	
<i>definirio &amp; divisio</i>	7, 8	<i>rupta</i>	"
<i>Fædus illicitum</i>	14	<i>ex proximo principio est asti-</i>	
<i>licitum</i>	15	<i>manda</i>	11
<i>Gentibus etiam Deus suam volun-</i>		<i>Malum notat pænam</i>	22
<i>tatem revelavit</i>	13	<i>Media legitima licita</i>	20
<i>Gentium vocatio</i>	40	<i>Militaris sors</i>	21
<i>Glorietur nemo in se</i>	31	<i>Mixta fædera que?</i>	8
<i>Hebreæ verba regunt nomen conju-</i>		<i>non sunt licita</i>	19. seqq.
<i>gatum</i>	14	<i>Nidus i. e. domus</i>	16
<i>Historiae V. T. ad nos spectant</i>	29	<i>Novorum qvorundam prophetarum</i>	
<i>Hospes à Deo animati</i>	17	<i>somnium</i>	38
<i>Hyperbolica concessio</i>	16	<i>Obadia unde dictus</i>	5
<i>ad Idololatriam omnes propensi</i>	21	<i>quis fuerit</i>	ib. & 6
<i>Impii semper timent</i>	30	<i>quando rixerit, &amp; quos docue-</i>	
<i>Impiorum fædera</i>	16	<i>rit</i>	6
<i>Injuria ab amicis illata</i>	17	<i>Objecta varia</i>	11. 12,
<i>pius ellata vindicatur</i>	39	<i>Occasio scribendi de fæderibus</i>	2. 5
<i>In stipulam</i>	35	<i>Occulta revelantur</i>	28
<i>Interrogatio Rhetorica</i>	16	<i>Offensiva fædera</i>	9
<i>3od paragogicum</i>	15	<i>Omnibus sunt scripta, qva Judais</i>	
		<i>sunt dicta</i>	21
		<i>Onus</i>	

### III. INDEX

<i>Onus cur non vocetur hæc visio</i>	12. 13	<i>Salvatores salvati</i>	36
<i>Opes male partæ</i>	28	<i>Sapientia est à Deo.</i>	30
<i>Os magnificare</i>	22	<i>Sapientiam Deus perdit.</i>	19
<i>Pacificatoria fœdera</i>	18	<i>Sarcasmus</i>	16
<i>Partes prophetæ</i>	8	<i>Scriptura attendenda</i>	24, 25.
<i>Parva habent aliquando majorem gratiam</i>	3	<i>Securitas carnalis</i>	27
<i>Parvus</i>	14	<i>Servi Jehovæ quinam?</i>	12
<i>Patrocinii fœdus</i>	16	<i>Silere, i. e. excindì</i>	16
<i>Pernitiosa fœdera</i>	25	<i>Status controversiæ de Fœderibus ponitur</i>	16
<i>Per quæ quis peccat, punitur</i>	29	<i>exponitur</i>	16, 17, 18.
<i>Pii affliguntur, &amp; cur?</i>	33	<i>Stare i. e. pugnare</i>	21
<i>Poculum Domini</i>	24	<i>Stratagemata</i>	29
<i>Pœna talionis</i>	23, 26, 32.	<i>Summa Obadiæ</i>	6, 8, 9.
<i>Politica fœdera quæ? licita</i>	8	<i>Superbia punita à Deo.</i>	26
<i>Portæ, i. e. arces</i>	32	<i>Superbus seipsum decipit</i>	26
<i>Principium triplex</i>	10, 11	<i>Συμπάθεια</i>	31
<i>Profani qui?</i>	17	<i>Tentatio est à Deo &amp; Diabolo</i>	12, 13
<i>Prohibentur fœdera Ecclesiastica &amp; mixta</i>	20	<i>Terra sancta typus cœli</i>	41
<i>Prolegomena</i>	5	<i>Titulus prophetæ</i>	11
<i>Promissionum complementum</i>	36	<i>Theman</i>	20
<i>Prophetarum quidam mos</i>	34	<i>Verbum Dei ut ignis</i>	40
<i>Prophetæ Iudeorum &amp; gentium</i>	5	<i>Verba quæ videntur</i>	12
<i>Proximus juvandus est</i>	30	<i>Violentia pœne</i>	20
<i>Pudor operit</i>	20	<i>Vicissitudo gaudii &amp; tristitiae</i>	32
<i>Regum Christi gratia &amp; glorie</i>	42	<i>Viri panis</i>	18
<i>Religiones diverse tolerantur</i>	30	<i>Visio</i>	23
<i>Ritus in fœderibus usitatus</i>	6	<i>Vix hostium quomodo avertenda?</i>	25
		<i>Vocatio attendenda</i>	30
		<i>Ilsus hujus prophetæ</i>	7, 8



## NOTA.

**L**Ector amice, hoc volo ne sis nescius. Numeri, quibus in his indicibus addita sunt puncta, notant, paginas in ipso Commentario: quibus vero adjecta vides commata, ad tractatum de Fœderibus spectant. Benè vale, & cum Obadja Dei seruum te præsta fidelem.

I. Reg. 8, 23.

יְהוָה שָׁמֵר הַכֶּרֶת וְתִחְסֹר לְעַבְרִית תְּחִלְבִּים לְפָנֶיךָ  
בְּכָל־לְבָסָם:

FINIS.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729956687/phys\\_0045](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687/phys_0045)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729956687/phys\\_0046](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687/phys_0046)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729956687/phys\\_0047](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687/phys_0047)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729956687/phys\\_0048](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729956687/phys_0048)

**DFG**

### III. INDEX.

- extra Ecclesiam nulla salus 8  
 Ecclesiastica sedera que? 8  
     non sunt licita 19. & seqq.  
 Ellipsis 23  
 Enallage temporum 17  
     Exempla improbata 26  
 Familiaritas malorum prohibe-  
     tur 25  
 Fiducia vana in res mundanas col-  
     locata 9. 10.  
 Finis 12  
 Fœderis opuscula  
     & etymologia 5  
     Quaeruntur 6  
     definitio & divisio 7, 8  
 Fœdus illicitum 14  
     licitum 15  
 Gentibus etiam Deus suam volun-  
     tatem revelavit 13  
 Gentium vocatio 40  
 Glorietur nemo in se 31  
 Hebreæ verba regunt nomen conju-  
     gatum 14  
 Historiae V. T. ad nos spectant 29  
 Hostes à Deo animati 17  
 Hyperbolica concessio 16  
 ad Idolatriam omnes propensi 21  
 Impii semper timent 30  
 Impiorum fœdera 16  
 Injuria ab amicis illata 17  
     piis illata vindicatur 39  
 In stipulam 35  
 Interrogatio Rhetorica 16  
 3od paragogicum 15
- Josaphat ma- 8  
 Ira Dei ignis 8  
 Iudaorum so-  
 Jus commerci-  
 Kelthæra bi-  
     nis 16  
 Ladislaus fra-  
     & subditos 17  
 Lex quænam 17  
 Lutheri judici-  
 Magistratus &  
     tur 10  
     eius ius in 10  
 Malitia à Di-  
     rupta 10  
 ex proxim-  
     manda 10  
 Malum notar-  
 Media legitim-  
 Militaris sor-  
     Mixta fœ-  
     non sunt 10  
 Nidus i. e. do-  
 Novorum qui 10  
     somnia 10  
 Obadia undi-  
     quis fueri 10  
     qvando ri-  
     rit 10  
 Objecta varia 10  
 Occasio scribi-  
 Occulta reve-  
 Offensiva fa-  
 Omnibus sun-  
     sunt dicta 10
- C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 1

